

DECISIONVM
VNIVERSARVM.

ET TOTIVS CHRISTIANI ORBIS
RERV M OMNIV M IVDICATARVM,
S. V M M Æ.

AC OPERIS VALDE ELABORATI, UTILIS, ET MAGISTRATIBVS
vniuersis Christianæ Reipublicæ, Aduocatis, causarum Patronis, cæterisque in Iudiciali Foro,
tam Ecclesiastico, quam sæculari versari cupientibus, admodum necessarij:

CAMILLO BORRELLO
Iurisc. Equite Aurato, & Palatino Comite Auctore.

TOMVS PRIMVS.

CVI ACCESSIT HAC SECVNDA EDITIONE
TOMVS SECVNDVS nunquam hætenus impressus.

ADIVNCTIS SINGVLORVM TITVLORVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS,
*Nec non triplici Indice, primo Authorum in toto opere allegatorum, secundo Titulorum materialium
iuris, tertio verò rerum omnium practicabilium, & verborum notabilium in fine Tomi.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Iuntas, MDCXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.



S E R E N I S S I M O

D O M I N O

D O N P H I L I P P O A V S T R I O

Q V A R T O H I S P A N I A R V M

R E G I C A T H O L I C O .



C A M I L L V S B O R R E L L V S I V R I S C . F .



Aiorum tuorum claritatem Natalium : Illorum actiones, gesta, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem, & Temperantiam, Fidem insuper, Liberalitatem, Sobrietatem, Magnanimitatem, Modestiam, Misericordiam, Pietatem, & Religionem, cunctasque alias animi, & corporis illorum dotes, ac virtutes, recantare non conuenit, cum illas exarauerim in alijs meis operibus in lucem traditis, Philippoque Secundo Regi Auo, Philippo Terrio Patri, Margaritæ Austriæ Reginae Matri tradiderim, promptoque animo dedicauerim; Octauum hunc laborem, dum secunda vice in lucem ederetur, ne contra Diuinam traditionem Dominum meum vacuus salutarem, Maiestati tuæ humiliter offero. Dant alij ditiores Principibus suis Vasa Aurea, Argentea, Vniones, & Gemmas, quæ sunt oculorum, aliorumque sensuum oblectamenta. Ego illa non habeo, & si haberem minimè tuæ Maiestati offerrem, ne iocosè irriderer, quasi coram sole pusillum lumen accenderem. Pythius Bithinius Xerxi Persarum Regi, dixit, habere Auri Myriadas quadringentas, Argenti talenta duo millia, Darciorum septem millibus minus, post Epulum de suo traditum exercitui illius, qui erat decies septies centum millia militum, quibus dedit per quinque menses stipendium; ordeum quoque Equitibus necessarium, & obtulisset illam summam Regi, tam magnam. Demiratus itaque Rex illius liberalitatem, tantasque diuitias, Regis tamen magni animi generositas, donum vltius non sustinuit, sed propensam hominis liberalitatem conspiciens, ei dixit, Hospitem te meum facio, & ista quadragies centena millia nummum, meo iplius explebo septem millibus; ne quadringentæ Myriades, idest quadriagies centena millia, sint imperfectæ, sed addito è meis supplemento, summa sit solida, quæque possideas, ipse possideto, & scito semper talem agere, nam ita agentem, te neq; in præsens, neq;



CAMILLI BORRELLI

IURISCONSULTI.

EQVITIS AVRATI, ET PALATINI COMITIS
Summa Decisionum.

AD OMNES CHRISTIANI ORBIS MAGISTRATVS, ADVOCATOS,
Causarum Patronos, & in Foro versantes.

P R A E F A T I O.

OMnipotens DEVS, Opti-
mus, Maximus, sua inenarra-
bili, & incomprehensibili po-
tentia, creauit, impleuit, gu-
bernauit, & rexit, creat, im-
plet, gubernat, & regit omnia.

Adamum Parentem omnium primum ex ni-
hilo creauit, ac ei uxorem in adiutorium de-
dit, & in Paradiso positus, legem suo ore pro-
mulgauit, vt de omni ipsius Paradisi arbore
fructus ederent, arborem tamen scientiae bo-
ni, & mali, non tangerent, quia quo die de illa
comederent, morte morerentur. Qui cum ser-
pentis dolo in legem commississent, facinus
grande intus, in serpentem, in Adamum,
& Euam, commissi delicti, sententias huius
continentiae protulit. Ad serpentem: quia fe-
cisti hoc, maledictus es inter omnia animan-
tia, & bestias terrae: super pedus tuum gradie-
ris, & terram comedes cunctis diebus vitae
tuae. Inimicitias ponam inter te, & mulierem,
& semen tuum, & semen illius, ipsa conteret
caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.
Ad mulierem: Multiplicabo ærumnas tuas, &
conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub
viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ad
Adamum vero: quia audisti vocem vxoris tue,
& comedisti de ligno, ex quo præceperam ti-
bi, ne comederes, maledicta terra in opere
tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus
vitae tuae; spinas, & tribulos germinabit tibi, &
comedes herbas terrae. In sudore vultus tui
vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram,
de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pul-
uerem reuerteris. Existimauit enim legi ino-
bedientes fuisse, poenaeque dignos iudicauit,
ne legem à se positam ludibrio habuisset con-

tenderent. E Paradiso illos eiecit, vt profugi,
& exules, vitam agerent. Hoc primum omniū
summæ potestatis iudicium, solenni sua Maie-
state, exercens. Et hinc, pro regenda mortaliū
omnium vita hæc iudiciorum primordia iecit,
docuit, & exereuit. Hæc exempla semini futuri
populi præbens, quemadmodum successuri iu-
dices, faciendas leges custodirent, obserua-
rique procurarent. Hinc Abraham, quasi secre-
tum aperuit, quod in gentem magnam illum
erescere faceret, eo quod facturus esset iudi-
cium, & iustitiam. At quemadmodum à prin-
cipio iudicandi seriem primus instituit, sic
mundum interim regendum, & iudicandi mu-
nere completurum esse monstrauit. De quo
Moyſes in Deuteronomio inquit, Iudicabit
Dominus populum suum. Et in libris Regū
legimus. Dominus iudicabit fines terræ, & da-
bit Imperium Regi suo, & sublimabit cornu
CHRISTI sui. De quo Dauid in Psalmis
ait, parauit in iudicio thronum suum, & ipse
iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit
populos in iustitia. Et iterum. Surge DEVS,
iudica terram, quam tu hæreditabis in omni-
bus gentibus. Et alibi, inquit. exaltare, qui iu-
dicas terram, redde retributionem superbis.
Et postmodum ait. Iudicabit in nationibus,
implebit ruinas, conquassabit capita in tetra
multorum. Hinc Salomon, Iustum (inquit)
& impium iudicabit DEVS. Et Elaias. Stat
ad iudicandum Dominus, stat ad iudicandum
populos. Et apud Ioel ait: consurgant, &
ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi
sedebunt, vt iudicem omnes gentes in circui-
tu. De quibus Iudicii Vniuersalis sententijs
CHRISTVS apud Matthæum inquit:
cum venerit filius hominis in Maieſtate sua,
& om.

Genes.
cap. 18.

Genes.
cap. 3.

Deutero,
cap. 32.
1. Regum.
cap. 2.

Psal. 9.

Psal. 18.

Psal. 93.

Psal. 109.

Ecclesi-
astes cap. 3
1. 2. 6. 7.

Ioel cap. 3

Matth. 25.